

Bendición particular de las imágenes de la Santísima Trinidad.

∇. Adjutorium nostrum, etc.


∇. Dominus vobiscum, etc.

Orémus.

**D**EUS, á quo universa creata benedici desiderant, et ipse nullius horum indiges benedictione, suscipe propitius vota et deprecationes nostras, quibus te humiliter exoramus, ut bene **+** dicere, et sancti **+** ficare digneris hanc imaginem, et quoties illam intuemur, nomen sanctum tuum credere semper, et invocare nos facias, quatenus *Æternæ, Individuæ Trinitatis* Mysterium ore, et corde integro confitentes in terris, una cum Angelis et sanctis omnibus, te sine fine glori-

ficare mereamur in coelis. Qui Trinus et Unus, vivis et regnas in sæcula sæculorum. **R.** Amen.

Rociélas con agua bendita.



Bendición de las Imágenes de Ntro Señor Jesucristo, de la Sma Virgen y de los Santos.

Si la imagen no es de escultura, se quita lo que va entre paréntesis. Tambien con esta fórmula se bendicen las medallas.

Cuando dichas imágenes estén tan sumamente deterioradas por el tiempo, que no puedan restituirse á la debida decencia, deben quemarse y sus cenizas enterrarse en los cementerios. (*Catalán, tit. 8. Cap. 27 núm. 19.*) El Sr. Obispo ó el Sacerdote facultado para las imágenes del culto público, y cualquiera Sacerdote para las del uso privado y privadamente, con estola blanca para el Señor y la Santísima Virgen, (*Pontifical Romano*) y del día para los santos, dice :

∇. Adjutorium nostrum, etc.

∇. Dominus vobiscum, etc.

Orémus.


**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, qui sanctorum tuorum imágenes pingi (*sive effigies*

scúlpi) non réprobas, ut quoties illas óculis corpóreis intúemur, toties eorum actus et sanctitátem ad imitándum memóriæ óculis meditémur: hanc, quæsumus, imáginem (seu sculptúram) in honórem, et memóriam Unigéniti Filii tui Dómini nostri Jesu-Christi, *vel* beatíssimæ Vírginis Mariæ, Matris Dómini nostri Jesu-Christi, *vel* beati N. Apóstoli tui, *vel* Mártyris *vel* Confessóris, *aut* Pontíficis, *aut* Vírginis) adaptátam bene ✠ dícere et sancti ✠ ficáre dignéris : et præsta, ut quicumque coram illa unigénitum Filium tuum, *vel* beatíssimum Vírginem Mariám Matrem Dómini nostri Jesu-Christi, *vel* gloriósum Apóstolum, *sive* Mártyrem, *sive* Confessórem, *aut* Vírginem), suppliciter

cólere, et honoráre studuérít, illius méritis, et obténtu, á te grátiam in præsentí, et ætérnam glóriam obtíneat in futúrum. Per eundem Christum Dóminum nostrum. *R.* Amén.

Rociélas con agua bendita.

Esta conclusión es solamente para la bendición del Señor y de la Santísima Virgen; pero para la de los Santos, será : *Per Christum Dóminum nostrum.*



Bendición de casas y otros lugares. Bendición de casa nueva.

No es necesario que entren en todas las piezas de la casa, sino que bastará rociar las principales.

Revestido el Sacerdote con sobrepelliz y estola del día, dice :


Orémus.

**T**E Deum Patrem omnípotentem suppliciter exoramus pro hac domo, et habitatóribus ejus, ac rebus : ut eam bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre, ac

bonis ómnibus ampliáre dignéris: tribue eis, Dómine, de rore cœli abundantiam, et de pinguedine terræ vitæ substántiam, et desidéria voti eorum ad efféctum tuæ miseratiónis perdúcas. Ad introitum ergo nostrum bene † dícere et sancti † ficáre dignéris hanc domum, sicut benedícere dignátus es domum Abraham, Isaac et Jácob: et intra parietes domus istíus, Angeli tuæ lucis inhábitent, eamque et ejus habitatóres custódiat. Per Christum Dóminum nostrum.

**R.** Amen.

Rocié las piezas con agua bendita.



Bendición de puente nuevo.

**V.** Adjutórium nostrum, *etc.*

**V.** Dóminus vobíscum, *etc.*

Orémus.

**A**DESTO, Dómine, supplicatióibus nostris: et pontem istum, et ómnes qui per eum transíbunt, bene † dícere dignáre: ut inter próspéra hujus mundi et advérsa tuo semper protegántur auxilio. Per Christum Dóminum nostrum.

**R.** Amen.

Orémus.

**E**XAUDI nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et mittere dignéris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custódiat, vísitet, et deféndat pontem istum, et omnes qui per eum transíbunt. Per Christum Dóminum nostrum.

**R.** Amen.

Rociélo con agua bendita.

Bendición del horno de metal fundido para las campanas.

**V.** Adjutorium nostrum, etc.

**V.** Dominus vobiscum, etc.

Orémus.

**D**OMINE Deus omnipotens, qui creatúris étiam inanimátis hunc honórem tríbuis, ut ad cultum tuum destinéntur : tuam, quæsumus, bene **†**dictiónem effúnde súper hoc métal- lum; et præsta, ut cum jam in ríbulos ignítos prófluet, tua diri- génte déxtera et protegénte grá- tia, apte et conveniénter dispo- nátur ad efformándum tintin- nábulum, quo (vel efformánda tintinnábula, quibus) fidéles ad láudem et glóriam nóminis tui in ecclésia congregéntur.

Per Christum Dóminum no- strum. **R.** Amen.

Rocielo con agua bendita.

Después que la obra se haya concluido feliz- mente, el Sacerdote dice :

**PSALMUS 116**

**L**AUDATE Dóminum, omnes gentes : \* laudáte eum, omnes pópuli.

Quóniam confirmáta est su- per nos misericórdia ejus : \* et véritas Dómini manet in aetérnum.

Glória Patri... Sicut erat.

Orémus.

**A**CTIONES nostras, quæsu- mus Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséque- re: ut cuncta nostra orátio et ope- rátio a te semper incípiat, et per te coepta finiátur. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.